

rites orientaux

des Consecrations Episcopales

et des Intronisations Patriarcales

I. Dom Paul CAGIN O.S.B. (Solesmes) ;
« *L'Anaphore Apostolique et ses témoins* », Paris, Lethielleux, 1919
Appendice III, pages 274-289 : *Formule de l'Ordination épiscopale.*

Statuts apostoliques latins de Vérone (V),
(Hauler, p.103)

Statuts apostoliques éthiopiens : trad. De Ludolf (Eth)
(Ad suam Hist. Aethiop... Comment., 323)

Epitome des Constitutions Apostoliques (Ep)
(Achelis, T.U., VI, 42-46)
(en grec)

Canons d'Hippolyte (CH)
(Achelis, T.U., VI, 42-46)

Constitutions Apostoliques, lib. VIII (A.C. VIII)
(en grec)

Consécration du Métropolitain Maronite (MM)
(Denzinger, *Ritus Orientalium*, II, 108 et 200)

Ordination de l'Evêque (Pontifical Copte Co)
(Denzinger, II, 23)

Ordination du Métropolitain et du Patriarche (Pontifical Copte Ct)
(Denzinger, II, 33, 48)

Didascalie arabe (Da)
(Funk, II, 127-129)

Testamentum Domini (T)
(Rahmani, 30)

Consécration du Patriarche Maronite (MP)
(Denzinger, II, 220)

**Statuts apostoliques latins de Vérone (V),
(Hauler, p.103)**

1. 2-3

Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi,

4

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis,

5-6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24

qui in excelsis habitas et humilia respicis,

25. 26

qui cognoscis omnia, antequam nascentur,

27. 28. 29-30. 31. 32-33. 34-35. 36 (=2-3). 37. 38. 39 (=4). 40 (=24). 41. 42. 43. 44 (=26). 45.

46

tu, qui dedisti terminos in Ecclesia

47

per verbum gratiae tuae,

48. 49. 50

praedestinans ex principio genus justorum

51. 52. 53-54. 55

Abraham,

56. 57. 58. 59. 60. 61

principes et sacerdotes constituens

62. 63. 64. 65. 66. 67

et sanctum tuum sine ministerio non derelinquens,

68

ex initio saeculi

69. 70-72. 73

bene tibi placuit in his, quos elegisti, praedicari :

74. 75

nunc

76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. **83**

effunde eam virtutem, quae a te est, principalis spiritus,

84. 85

quem dedisti dilecto filio tuo Jesu Christo,

86 87. 88-89. 90. 91

quod donavit sanctis apostolis,

92. 93

qui constituerunt ecclesiam

94

per singula loca, sanctificationem tuam,

95. 96

in gloriam et laudem indeficientem

97-100. 101

nomini tuo.

102-109. 110

Da, cordis cognitor Pater,

111. 112

super hunc servum tuum, quem eligisti ad episcopatum,

113 (=116) 114. 115

pascere gregem sanctam tuam

116
et primatum sacerdotii tibi exhibere, sine repraehensione
117. 118. 119
servientem noctu et die,
120
incessanter repropitiari vultum tuum
121. 122. 123-124. 125
et offerre dona sanctae Ecclesiae tuae,
126-129. 130. 131. 132
spiritu primatus sacerdotii habere potestatem
133
dimittere peccata secundum madatum tuum,
134. 135
dare sortes secundum praeceptum tuum,
136
solvere etiam omnem colligationem
137-138. 139
secundum postestatem quam dedisti Apostolis,
140. 141. 142
placere autem tibi in mansuetudine et mundo corde,
143. 144. 145. 146. 147. 148
offerentem tibi
149. 150. 151
odorem suavitatis
152
Per puerum tuum Jesum Christum,
153
per quem tibi gloria et potentia et honor,
154
Patri et Filio
155
cum Spiritu Sancto,
156. 157. 158
et nunc
159
et in saecula saeculorum.
160
Amen.

Statuts apostoliques éthiopiens : trad. De Ludolf (Eth)
(Ad suam Hist. Aethiop...Comment., 323)

1.
Omnipotens
2-3
Deus ! Pater Domini nostri Jesu Christi Salvatoris nostri,
4
Pater misericordiarum, et Dominus omnis beneficii ;
5-6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24
qui habitat inter supremos et infimos,
25. 26
qui scit omnia antequam fiant.
27. 28. 29-30. 31. 32-33. 34-35. 36 (=2-3). 37. 38. 39 (=4). 40 (=24). 41. 42. 43. 44 (=26). 45.
46
Tu dedisti ordinationem ecclesiae
47
per vocem gratiae tuae,
48. 49. 50
quam prius ordonavisti ante generationem justorum,
51. 52. 53-54. 55
[scilicet] a [tempore] Abrahami
56. 57. 58. 59. 60. 61
judices et sacerdotes constituisti illi :
62. 63. 64. 65. 66. 67
et sanctuarium tuum nunquam reliquisti sine ministris.
68
Ante creationem mundi
69. 70-72. 73
[prout] voluisti [in loco] quem elegeras, celebratus fuisti.
74. 75
Nunc autem
76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. **83**
effunde desuper virtutem Spiritus principalis,
84. 85
quem dedisti dilecto Filio tuo Jesu Christo
86. 87. 88-89. 90. 91
quem largitus es sanctis Apostolis tuis,
92. 93
ut Ecclesiam [colerent] aratro crucis tuae
94
in omnibus locis, sanctitatis tuae
95. 96
praedicatione, sine cessatione
97-100. 101
in nomine tuo.
102-109. 110
Da o gnare cordium, Pater :
111. 112
ut servus tuus, quem elegisti ad episcopatum,

113 (=116). 114. 115
pascat gregem tuum,
116
et sacerdotio fungatur coram te absque reprehensione,
117.118. 119
ut ministrans noctu diuque suppliciter oret,
120
videatque faciem tuam,
121.122. 123-124. 125
ut digne offerat oblationem tuam sanctae Ecclesiae tuae,
126-129. 130. 131. 132
et in Spiritu sacerdotii Sancto, habens facultatem
133
remittendi peccata secundum mandatum tuum :
134. 135
et dandi ordines [secundum] institutionem tuam :
136
atque solvendi omne vinculum iniquitatis
137-138. 139
secundum potestatem, quem dedisti Apostolis tuis :
140. 141. 142
et acceptus tibi sit in sinceritate et puro corde,
143. 144. 145. 146. 147. 148
offerendo tibi
149. 150. 151
odorem suavem.
152
Per filium tuum Jesum Christum,
153
in quo tibi [sit] et laus et potentia. Gloria
154.
Patri, et Filio
155
et Spiritui Sancto
156
in sancta Ecclesia
157. 158
nunc et semper,
159
et ins saecula saeculorum
160
Amen.

Epitome des Constitutions Apostoliques (Ep)
(Achelis, T.U., VI, 42-46)

(en grec)

Canons d'Hippolyte (CH)
(Achelis, T.U., VI, 42-46)

1. 2-3

O Deus, Pater Domini nostri Jusu Christi,

4

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis,

5-6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24

qui habitat in altis et humila (humiles) respicit,

25. 26

qui novit omnia antequam fiant ;

27. 28. 29-30. 31. 32-33. 34-35. 36 (=2-3). 37. 38. 39 (=4). 40 (=24). 41. 42. 43. 44 (=26). 45.

46

tu, qui constituisti fines ecclesiae,

47. 48. 49. 50

cujus imperio fit, ut ex Adami perseveret genus justum

51. 52. 53-54. 55

ratione hujus episcopi, qui est magnus Abraham ;

56. 57. 58. 59. 60. 61

qui praelaturas et principatus constituit ;

62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70-72. 73. 74. 75. 76. 77

respice super N., servum tuum,

78. 79. 80. 81 82. **83**

tribuens virtutem tuam et spiritum efficacem ;

84 (=77). 85

quem [91] per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum unicum ;

86. 87. 88-89. 90. 91 [85]

tribuisti sanctis apostolis [85]

92. 93

illis qui fundaverunt ecclesiam

94

in omni loco

95. 96

ad honorem et gloriam

97-100. 101

nominis tui sancti.

102-109. 110

Quia tu cognovisti cor uniuscujusque, concede

111 112

illi,

113

ut ipse sine peccato

114

videat populum tuum,

115

ut mereatur pascere gregem tuum magnum sacrum.

116

Effice etiam ut mores ejus sint superiores omni populo sine ulla declinatione.

117

Effice etiam, ut propter praestantiam illi ab omnibus inuideatur,
118
et accipe
119
orationes ejus et oblationes ejus, quas tibi offeret die noctuque,
120. 121
et sint tibi odor suavis.
122. 123-14. 125. 126-129. 130
Tribue etiam illi, o Domine,
131. 132
episcopatum et spiritum clementem et potestatem
133
ad remittenda peccata ;
134. 135. 136
et tribue illi facultatem ad dissolvenda omnia vincula iniquitatis daemonum,
137-138
et ad sanandos omnes morbos, et contere Satanam sub pedibus ejus velociter,
139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152
Per Dominum nostrum Jesum Christum,
153
per quem tibi gloria
154
cum ipso
155
et Spiritu Sancto
156. 157. 158.159
in saecula saeculorum
160
Amen.

Constitutions Apostoliques, lib. VIII (A.C. VIII)

(en grec)

**Consécration du Métropolitain Maronite (MM)
(Denzinger, *Ritus Orientalium*, II, 108 et 200)**

1

Tu es, Dominus Deus,
2-3 (=36). 4 (=39). 5-6. 7
qui omnia contines,

8. 9

qui solus es sine principio

10

et sine fine,

11. 12

qui in saeculum permanes et ante tempora existis

13

qui in nulla re deficis

14

et causa omni superior es

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

qui incomparabilis es,

22. 23. 24 (=40). 25. 26

qui nosti, quod erit, antequam fiat,

27

et cui nota sunt ea quae sunt occulta,

28

qui super omnia es.

29-30. 31. 32-33. 34-35. 36

qui es Dominus et Deus Pater unigeniti Jesu Christi Filii Dei, Salvatoris nostri,

37

qui fecisti omnia,

38

cui cura est omnium populorum,

39

qui es Pater misericordiarum et Deus totius creaturae,

40

qui habitas in excelsis et humilia respicis,

41. 42. 43. 44. 45. 46

qui dedisti definitionem Ecclesiae tuae

47

per adventum corporalem Christi tui

48

testificans de Paracleto per apostolos.

49

Et nos harum rerum doctores gratia tua constituimus episcopos

50

sicut eos, quos ab initio definisti

51

propetr stabilimentum populi tui antiquitus,

52. 53-54

Abelem et Seth et Enos et Caïnan et Malaläielem et Jared et Enoch et Matusalem et Lamech
et Noe et Sem et Melchisedech et Job.

55

Qui apparuisti Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Moysi et reliquis patriarchis

56

cum illis fidelibus tuis et tibi placentibus,

57. 58. 59. 60

Aaron sacerdote et Eleazaro ac Phinees,

61

ex quibus constitit sacerdotium

62

et lex testimonii ;

63. 64

qui Samuelem elegisti sacerdotem et prophetam

65. 66. 67

et super vasa sanctuarii, quae ad ministerium tuum elegisti,

68. 69. 70-72. 73

ipsum constituisti, ut glorificaretur nomen tuum in eis.

74. 75

complaceat etiam modo tibi, Domine Deus noster,

76

et per oleum tuum + perque manus nostras

77 (=84). 78. 79. 80. 81. 82. 83

effunde virtutem praefecturae Spiritus tui

84

super hunc famulum tuum N.,

85

ut ministerium exhibeat Filio tuo dilecto Domino nostro Jesu Christo,

86. 87. 88-89. 90. 91

qui voluntatem tuam sanctam honorificavit seu declaravit Apostolicis tuis,

92

o Deus Saeculorum

93. 94. 95. 96. 97-100. 101. 102-109. 110

Da

111. 112

huic servo tuo...[115] huic (nempe) quem eligisti, ut esset episcopus [116]

113 (=116). 114. 115

[112] ut pascat oves tuas...[112]

116 [112]

et primitias sine reatu offerret, purus in conspectu tuo

117. 118. 119

ministerium exhibens die ac nocte,

120. 121. 122

et congregans oves, **quas** redimisti,

123. 124. 125

offerat tibi oblationes in Ecclesia sancta.

126. 127. 128. 129. 130

Et da ei, Domine Deus omnipotens, per unctionem tuam +

131. 132

laetitiam spiritus sancti, ut potestatem habeat

133
dimittendi peccata secundum verbum tuum
134
et concedat propitiationem juxta promissionem tuam
135
et det confirmationem juxta praecepta tua,
136
et dissolvat ligamina
137-138. 139
juxta potestatem, quam dedisti apostolis tuis,
140. 141. 142
placeatque tibi in mansuetudine et charitate in corde puro
143
sine mutatione et macula et sine ignorantia
144. 145. 146. 147. 148
offerens tibi
149
sacrificia pura et incruenta : tu, qui per unguentum ordinasti
150
mysteria testamenti novi
151
in odorem suavem
152
per Filium tuum Jesum Deum Christum Salvatorem nostrum,
153
per quem tibi convenit gloria et honor et adoratio
154. 155
et Spiritui Sancto aequaliter
156. 157. 158. 159 .160

Ordination de l'Evêque (Pontifical Copte Co)
(Denzinger, II, 23)

1
Dominator Domine Deus omnipotens
2-3
Pater Domini nostri et Dei nostri et Salvatoris nostri Jesu Christi,
4. 5. 6. 7. 8
une sole ingenite,
9
sine principio (grec)
10. 11
nullum regem habens super te
12
qui es semper et es ante saecula,
13. 14. 15
infinite
16. 17
et sole altissime, sole sapiens (grec), sole bone (grec),
18
invisibilis in natura (grec) tua,
19
principi expers (grec) et apud quem est scientia incomprehensibilis
20 (=17). 21
et incomparabilis (grec),
22. 23. 24 (=40). 25
cognoscens occulta
26
cognoscens omnia antequam fiant,
27. 28. 29-30. 31. 32-33. 34-35. 36. 37. 38. 39. 40
qui es in altissimis et respicis humiles,
41. 42. 43. 44. 45. 46
qui dedisti statuta (grec, Arabs : canones) ecclesiastica (grec)
47
per Unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum,
48. 49. 50
qui constituisti sacerdotes ab initio,
51
ut adsisterent populo tuo,
52. 53-54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61 q.c.s. ab
i=1. 50. 62. 63. 64. 65. 66. 67
qui non reliquisti locum tuum sanctum sine ministerio,
68. 69. 70-72. 73
qui complacuisti tibi glorificari in eis, quos eligisti ;
74. 75
Tu iterum nunc
76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. **83**
effunde virtutem spiritus tui hegemonici (grec),
84. 85. 86. 87. 88-89. 90. 91

quem donasti apostolis sanctis tuis

92. 93. 94. 95. 96. 97-100. 101

in nomine tuo.

102-109. 110

Da igitur (grec)

111

hans eadem gratiam

112

super servum tuum N. quem elegisti in episcopum,

113 (=116). 114. 115

ut pasceret gregem tuum sanctum,

116

et ut tibi esset in ministerium irreprehensibilem,

117. 118. 119

orans ante benignitatem (grec) tuam die ac nocte,

120. 121. 122

congregans (conservans ?) numerum (grec) salvandorum,

123-124. 125

offerens tibi dona (grec) in sanctis ecclesiis.

126-129. 130

Ita, Pater omnipotens, per Christum tuum, da ei

131. 132

unitatem Spiritus Sancti tui, ut (grec) sit ipsi potestas

133

dimittendi peccata secundum (grec) mandatum (grec)

134

Unigeniti tui Filii Jesu Christi Domini nostri,

135

constituendi cleros (grec, Arabs : clericos) secundum (grec) mandatum ejus ad sanctuarium (grec)

136

et solvendi vincula omnia ecclesiastica

137-138. 139. 140

faciendi domos novas orationis (grec), et sanctificandi (grec) altaria (grec) ;

141. 142

et placet tibi in mansuetudine et corde humili,

143. 144. 145. 146. 147. 148

offerens tibi

149

in innocentia et irreprehensibilitate sacrificium sanctum incruentum,

150

mysterium (grec) hujus testamenti (grec) novi

151

in odorem suavitatis.

152. 153 .154. 155. 156. 157. 158. 159.160.

Ordination du Métropolitte et du Patriarche (Pontifical Copte Ct)
(Denzinger, II, 33, 48)

1
Dominator Domine Deus omnipotens,
2-3 (5-6). 4
Pater misericordiarum et deus omnis consolationis,
5-6
Pater Domini nostri et Dei nostri et Salvatoris nostri Jesu Christi,
7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22
qui creasti omnia per virtutem sapientiamque tuam
23
et in consilio tuo firmasti fundamenta orbis terrarum (grec),
24. 25. 26
qui omnia nosti antequam fiant,
27. 28. 29-30
qui ornas coronas iis, qui sunt a te, qui dedisti timorem tuum omnibus creaturis,
31
ut sint subjectae potentiae virtutis tuae,
32-33
qui donasti nos cognitione veritatis tuae, ut sciremus spiritum benignitatis tuae,
34-35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46
qui illuminasti Ecclesias tuas
47
splendore ineffabili Unigeniti Filii tui,
48. 49. 50 (=61). 51. 52. 53-54. 55
qui eligisti Abraham delictum tuum ad haereditatem (grec) fidei,
56. 57
Et Enoch sanctum transtulisti ad thesauros lucis,
58
propterea quod tibi placuit,
59
qui donasti Moysi mansuetudinem
60
et Aaron plentiduninem sacerdotii,
61
qui unxisti reges ab initio et principes (grec),
62. 63
ut judicarent populum tuum in veritate,
64. 65. 66. 67
qui non reliquisti altare tuum
68
a constitutione (grec) mundi :
69
post constitutionem (grec) mundi iterum (grec)
70-72
constituisti servitium tuum in ecclesiis, ut perficerentur per sacerdotes et levitas (grec)
habentes typum (grec) caelestium, ut (grec) servitium caelestium (sc. ministrorum) consentiret
in unum cum terrestribus,

73

ut (grec) laudarent nomen sanctum tuum,

74

Deus sole vere, et Unigeniti tui Filii et Spiritus Sancti,

75. 76

per quem rogamus et precamus bonitatem (grec) tuam

77

super servum tuum N., quem tu segregasti et glorificasti,

78

elegisti tibi metropolitam et patrem super ecclesiam tuam,

79

ut esset princeps (grec) et rector (grec) super populum tuum.

80

Illumina eum, Domine, lumine vultus tui,

81

ut (grec) illuminetur cor ejus fonte glorioae tuae,

82

ut intelligat mysteria tua abscondita in veritate.

83

Effunde super eum in spiritu tuo hegemonico (grec) scientiam (grec) tuam,

84 (=77). 85. 86

in hoc quem accepit in Ecclesia sancta tua, ut renovaret in

87

iis, in quibus complacuisti secundum generationes (grec, Arabs : omnibus generationibus)

88-89. 90

Spiritum Sanctum, Spiritum veritatis, spiritum perfectum (grec), Paracletum,

91

quem dedisti sanctis (grec) apostolis et sanctis prophetis tuis.

92. 93. 94. 95. 96. 97-100. 101. 102-109

Da ei virgam virtutis tuae, quae ascendit de radice Jesse, hanc super quam Spiritus Dei septiformis requievit, ferentem fructum veritatis, spiritum sapientiae (grec) et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae (grec) et pietatis (grec). Imple eum timore tuo, ut judicet populum tuum in aequitate, et teneat manifestationem fidei sanctae irreprehensibiliter. Indue eum podere (grec=grec) stolae (grec) sanctae gloriae tuae, * unge eum oleo laetitiae,

110. 111. 112 (=77 et 84). 113 (=116). 114. 115

ut sit tibi, Deus, Pastor fidelis super domum tuam, , quae est Ecclesia,

116

serviens tibi irreprehensibiliter omnibus diebus vitae suae,

117. 118. 119

nocte et die sine intermissione in sacrificiis sanctis et in orationibus (grec) in corde puro

120

et anima illuminata,

121. 122. 123-124

in jejunio (grec) et operibus (grec) sanctis, in charitate (grec) et mansuetudine, in fide non ficta, in prophetis (grec) et manifestationibus Spiritus,

125

offerens (grec) tibi sacrificium (grec) sanctum omni tempore.

126-129

offeret thus pro ignorantibus populi tui, lugebit de immorigeris insipientium populi, quae oves tuae sunt, eripiens eos de laqueo peccati ad pietatem (grec) . Pacem (grec) largire super eum et super populum tuum.

130

Da ei

131-132

potestatem Spiritus Sancti tui,

133. 134. 135. 136

ut solvat vincula omnia eorum, quos inimicus vinxit in peccato,

137-138. 139. 140. 141

et da ei, ut membra (grec) divisa Ecclesiae reconciliet unitati.

142

custodi sacerdotium ejus immaculatum semper,

143. 144. 145. 146. 147. 148

servientis tibi

149

sacrificio spirituali (grec) omni tempore,

150. 151. 152

secundum (grec) ordinem (grec) summi sacerdotis (grec),

153

per quem gloria et honor et potestas et adoratio (grec) te decet (grec)

154

cum ipso

155

et Spiritu Sancto vivificante et consubstantiali (grec) tecum

156. 157. 158

nunc, etc.

159. 160

(* page 48 add. : Impone capiti ejus mitram.)

Didascalie arabe (Da)
(Funk, II, 127-129)

1

Deus omnipotens,

2-3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22

qui potentia tua omnia creavit

23

ac firmavit orbem voluntate sua

24 (=40). 25. 26. 27. 28. 29-30

tu, qui coronam omnium eorum, quae a te proveniunt, confirmasti eisque imperasti, ut mandata tua cum timore

31

impleant ;

32

qui mysterium veritatis nobis dedisti et locum salutis docuisti

34

ac misisti nobis Filium tuum unigenitum dilectum Salvatorem

35

ad nos salvandos

33

et dedisti nobis Spiritum tuum sanctum ut ducat nos ad probitatem

36

Deus Pater Domini nostri Jesu

37. 38. 39

Pater misericordiarum ac Deus omnis solatii

40

habitans in locis sanctis, puris,

41. 42

laude dignis, magnus, timendus,

43

humiles respiciens

44

omnia noscens antequam fiunt

45

apud quem omnia sunt, quasi ante creationem jam fuerint,

46

lumen gratiae suae collocans in ecclesia sancte

47

per Filium suum Unigenitum ;

48. 49. 50

qui initio separavit eos, qui electi sunt, ut servent justitiam ejus

51. 52

ac faciant voluntatem ejus ut sint in habitaculis ejus sanctis ;

53. 54. 55

qui eligit Abraham, in quo tibi beneplacitum fuit propter fidem (ejus)

56. 57

et transposuisti Henoch tuum sanctum in loca vitae, tu, Deus

58. 59. 60 .61

qui sacerdotes constituisti, ut sint principes

62

in locis tuis sanctis,

63. 64. 65

eosque elegisti pro Ecclesia tua gloriosa; ut glorificent et benedicant et laudent

66

nomen tuum excelsum et Jesum Christum Filium tuum Unigenitum et spiritum tuum sanctum

67

ne locus tuus sanctus sine ministerio in ea sit

68

inde a tempore creationis mundi ;

69

et postea

70-71

eam bene instituisti sacerdotibus puris et presbyteris fidis

72

tanquam imaginem Ecclesiae virginis, quae est in caelo ;

73. 74. 75

Et nunc quoque, Domine,

76. 77

da servo tuo huic NN.,

78

quem tibi placuit elevare

79

ac dignare, ut sacerdos (grec) esset,

80

lumen

81

ut illuminetur in virtutibus tuis sanctis,

82. 83

et effunde super eum prudentiam electam sanctitatis tuae et gratiam potentem Spiritus tui,

84. 85

quem dedisti Ecclesiae suae sanctae per Filium tuum dilectum Dominum nostrum Jesum Christum ;

86. 87. 88

da ei sapientiam et scientiam, veritatem et virtutem et solatium

89

per Spiritum tuum sanctum, ut virtute gratiae tuae omnia perficere possit.

92

Immo etiam, sancte in sanctis habitans,

90

Da ei Spiritum tuum sanctum

91

quem dedisti ceteris apostolis,

93

quem effudisti in Ecclesia tua sancta

94

immaculata et in omni tempore Dei habitaculo gloriae tuae

95

et ministro tuo NN., concede, Domine, ut placeat tibi coram te
96
et omni tempore gloriam ac sine fine laudes
97
et hymnos tempore suo
98
et orationes acceptas offerat in virtutibus et voluntatibus tibi placentibus
99
et consilio justo et corde humili et spiritu puro et vultu benigno, operibus vivis
100
ac justis et scientia recta.
101. 102-109. 110
Immo, Domine Deus, qui scrutaris corda et renes,
111. 112
ministrum hunc tuum N.N. elegisti in episcopatum,
113. 114. 115
ut pascat gregem tuum sanctum
116
in sanctitate et sapientia, ut mente sancta
117. 118. 119
ministret tibi die ac nocte :
120
illumina faciem tuam super eum
121. 122. 123. 124. 125
eumque dignum redde, qui sacrificia Ecclesiae tuae offerat
126
constanter ac cum timore,
127. 128. 129. 130
et praesta ei
131. 132
possidere Spiritum tuum principalem,
133. 134. 135. 136
ut solvat omne vinculum,
137. 138. 139
sicut eum Apostolis tuis sanctis dedisti.
140. 141
et membra dispersa adjunget Ecclesiae tuae, ut omnes sint uniti in gratia tua
142.
Fac, ut tibi placeat mansuetudine
143. 144
et prudentia et caritate et scientia et doctrina, et perfectione et fide perfecta
145
ac corde puro.
146
Precetur pro populo tuo et constriquetur super imprudentes
147
et misericordiam tuam in adjutorium eis deducat, et ad te reducat errantes, ebrios in tenebris,
eos, quibus non est firmitas [141] :
148. 149. 150 [151]
et in laudem nominis sancti tui

[152] 151 [141]
cum bono odore [150]
152 [150]
per Filium tuum unicum Jesum Christum Dominum nostrum
153
Laus autem et honor tibi est
154
et ei
155
et Spiritui Sancto
156. 157
ab omnibus saeculis
158
et nunc et semper
159
et in saecula,
160
Amen.

Testamentum Domini (T)
(Rahmani, 30)

1. 2-3 (=36). 4 (=39). 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17 (=41). 18. 19. 20. 21. 22

Deus qui in omnia virtute fecisti et formasti,

23

qui fundasti conceptu mentis orbem habitabilem,

24 (=40). 25. 26 (=44). 27. 28. 29-30

qui ornasti coronam omnium rerum a te factarum, qui dedisti eis in timore servare jussa tua,

31. 32-33

qui tribuisti nobis intellectum veritatis, et notum fecisti nobis Spiritum tuum illum bonum,

34. 35

qui Filium tuum dilectum misisti unicum Salvatorem nostrum immaculatum pro redemptione nostra ;

36

Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi,

37. 38. 39

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis,

40

qui in puris altis habitas perpetuo,

41

qui es altissimus,

42

laudabilis, terribilis, magnus

43

et omnia videns,

44

qui omnia, antequam fiant, nosti

45

apud quem omnia, antequam sint, jam erant,

46

qui illuminationem dedisti ecclesiae

47

per gratiam Unigeniti Filii tui,

48. 49. 50

praedefiniens ab initio illos qui cupiunt aequitatem

51. 52

et faciunt quae sancta sunt, habitare in mansionibus tuis ;

53-54. 55

qui eligisti Abraham qui placuit tibi in fide

56. 57

Et Henoch sanctum transtulisti ad thesaurum vitae,

58. 59. 60. 61

qui principes et sacerdotes ordinasti

62

in sanctuario tuo altissimo ; Domine,

63. 64. 65

qui vocasti eos laudandum et glorificandum

66

in loco gloriae tuae nomen tuum et Unigeniti tui ;

67

Domine Deus, qui non reliquisti sublime sanctuarium tuum sine ministerio

68

ante constitutionem mundi

69

et ex mundi constitutione

70-72

sanctuariorum tua ornasti et decorasti principibus (i.e. pontificibus) et sacerdotibus fidelibus juxta formam caelorum tuorum.

73

Domine cui etiam nunc collaudari placuit,

74. 75. 76. 77. 78

et dignatus es constituere

79

principes (i.e. praesidentes) populo tuo,

80

Illumina et

81. 82. **83**

effunde intelligentiam et gratiam spiritus tui principalis,

84. 85

quem tradidisti dilecto Filio tuo Jesu Christo ;

86. 87. 88-89

Da, Deus, sapientiam, consilium, fortitudinem, virtutem, unitatem spiritus ad faciendum omnia per tuam cooperationem.

90

Concede, Deus, Spiritum tuum sanctum,

91

qui datus fuit sancto tuo,

92. 93

mitte eum Ecclesiae tuae

94

santae et purae, et omni loco, qui laudes tuas canit.

95

Da, Domine, ut servus tuus iste placeat tibi,

96

ad enarrationem gloriae et laudem incessabilem,

97-100

ad glorificationes perfectas, ad tempora propitia, ad orationes acceptas, ad postulationem fidelem, ad cogitationem rectam, ad cor humile, ad actionem vitae et humilitatis ac veritatis, ad scientiam rectitudinis

101. 102-109. 110

Pater qui nosti corda omnium,

111. 112

huic servo tuo, quem elegisti ad episcopatum,

113 (=116). 114. 115

ut pascat gregem tuum sanctum

116

et summo sacerdotio fungatur sine querela,

117. 118. 119

die ac nocte tibi ministrans,
120
concede ut appareat facies tua,
121. 122. 123-124. 125
eumque dignum redde, qui tibi diligenter et cum omni timore offerat oblationes Ecclesiae
sanctae tuae
126-129. 130
impertire ei,
131. 132
ut habeat tuum Spiritum pollentem potestate
133. 134. 135. 136
ad solvenda omnia ligamina,
137-138. 139
quemadmodum Apostolis tuis concessisti.
140. 141. 142
Ut placeat tibi in humilitate,
143. 144
imple illum charitate, scientia, discretione, disciplina, perfectione, magnanimitate
145
cum puro corde,
146
dum orat pro populo, dum contristatur pro his qui stulte
147
agunt, eosque ad auxilium trahit,
148
dum offert tibi
149
laudes, confessiones ac orationes,
150. 151
in odorem suavitatis,
152
per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum
154. 155
una cum Spiritu sancto
156. 157
ante saecula
158
et nunc et omni tempore et in generationem generationum
159
et in saecula interminabilia saeculorum,
160
Amen.

Consécration du Patriarche Maronite (MP)
(Denzinger, II, 220)

1. 2-3 (=36). 4 (=39). 5-6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17 (=41). 18. 19. 21. 22

Deus qui omnia virtute fecisti et firmasti

23

ac fundasti conceptu mentis orbem habitabilem

24 (=40). 25. 26 (=44). 27. 28. 29-30

qui ornasti coranam omnium rerum a te factarum, qui dedisti nobis in timore custodire mandata tua,

31. 32-33

qui tribuisti nobis intellectum veritatis et manifestasti nobis Spiritum tuum bonum,

34-35

qui Filium tuum dilectum misisti unicum Salvatorem nostrum immaculatum, pro redemptione nostra,

26

Deus Pater Domini nostri Jesu Christi,

37. 38. 39

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis,

40

qui in puris altis habitas perpetuo,

41

qui es altissimus

42

laudabilis, terribilis, magnus

43

et omnia videns,

44

qui omnia, antequam fiant, nosti,

45

apud quem omnia, antequam sint, jam erant

46

qui illuminationem dedisti Ecclesiae

47

per gratiam Unigeniti Filii tui,

48. 49. 50

praedefiniens ab initio illos, qui cupiunt aequitatem

51. 52

et faciunt, quae sancta sunt, habitare in mansionibus tuis ;

53-54. 55

qui elegisti Abraham, qui placuit tibi in fide,

56. 57

et Henoch sanctum thesauro vitae donasti,

58. 59. 60. 61

qui principes et sacerdotes ordinasti

62

in sanctuario tuo Altissimo, Domine ;

63. 64. 65

qui vocasti eos ad laudandum et glorificandum

66

in loco gloriae tuae nomen tuum et Unigeniti tui ;

67

Domine Deus, qui non reliquisti sublime sanctuarium sine ministerio

68

ante constitutionem mundi ;

69. 70-72

sanctuaria tua exornasti et decorasti principibus (pontificibus) et sacerdotibus fidelibus juxta formam coelorum tuorum,

73

Tibi, Domine, etiam placuit modo laudari

74. 75. 76. 77

in hoc servo tuo,

78

et dignum effecisti eum,

79

paessee populo tuo ;

80

Illumina eum et

81. 82. **83**

effunde super eum gratiam et intelligentiam spiritus tui principalis,

84 (=77). 85

quem tradidisti dilecto Filio tuo, Domino nostro Jesu Christo ;

86. 87. 88-89

Da ei, Deus, sapientiam laudabilem, fortitudinem, virtutem, unitatem spiritus ad facienda omnia per tuam cooperationem.

90

Concede ei, Deus, Spiritum tuum Sanctum,

91

qui datus fuit sanctis tuis,

92. 93

confirma ecclesiam tuam

94

puram et sanctam et omnem locum tuum sanctum,

95

largire etiam, Domine, ut servus tuus iste, qui placuit tibi,

96

sit ad enarrationem gloriae et laudem incessabilem,

97-100

ad glorificationes perfectas et tempori aptas, ad orationem acceptas, postulationes fideles, cogitationes rectas, cor humile, ad actionem vitae et humilitatis ac veritatis, ad scientiam rectitudinis.

101. 102-109. 110

Pater, qui nosti corda omnium,

111

effunde virtutem tuam

112

super hunc servum tuum, quem elegisti ad patriarchatum,

113 (=116). 114. 115

ut pascat universum gregem tuum sanctum

116
et summo sacerdotio fungatur sine querela.
117. 118. 119
die ac nocte tibi ministrans,
120
et concede, ut illi appareat facies tua,
121. 122. 123-124. 125
eumque dignum redde, qui tibi attente et cum omni timore offerat oblationes Ecclesiae tuae
sanctae,
126-129. 130
et impertire ei
131
totam potestatem, quam dedisti sanctis Apostolis tuis,
132
ut potestate Spiritus tui
133. 134. 135. 136
solvat omnia ligamina,
137-138. 139
quemadmodum iisdem Apostolis tuis concessisti,
140. 141. 142
et ut placeat tibi in omnia humilitate, charitate
143. 144
illum imple, scientia, discretione, disciplina, perfectione, magnanimitate
145
cum puro corde,
146
dum orat pro populo, dum contristatur pro his, qui stulte agunt,
147
eosque ad auxilium trahit,
148
dum offert tibi
149
laudes et confessiones et orationes
150. 151
in odorem suavitatis
152
per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum dilectum,
153
per quem tibi gloria, honor et imperium
154. 155
una cum Spiritu tuo sancto
156. 157
ab aeterno
158
et nunc et omni tempore et in generationem generationum
159
et in saecula infinita
160
Amen.